





EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.



39.  
36

**NVPTIIS SE-**  
**CVNDIS INTEGERRIMI SPE-**  
*CTATISSIMIQVE VIRI DN. CHRI-*  
*STIANI CHRISCHOVII* Secre-  
tarij Ducalis, in Aula Illustrissi.  
principis Administratoris  
Magdeburgensis, &c.

&

**HONESTISSIMAE VIRGINIS**  
*BEATRICIS PRACHTIAE ANTVER-*  
pianæ: Ad feriam quartam penteco-  
stes Anno **CID. ID. XCII.**  
Halæ Saxonum in arce Mau-  
ritiana celebratis: gratu-  
labantur amici.



Halæ Saxonum,  
**TYPIS ACHATII LISKANI,**  
Anno 1592.

+







# EPITHALA

M I O N.



Væ noua CHRISCHOVIO diuina  
profanaq; Christus  
Copulat arbitrio cunctipotente, sacra?  
Dona Paraclæti lato simul ore sonamus:  
Dona simul thalamo conciliata nouo.  
Vtraq; legitimo succedunt ordine. festum  
Flaminis exactum est: corpora jungit amor.  
Corpora jungit amor: pietas quæ Flaminis almi  
Antè ligamento perpete vincta tenet.  
Post Patris & Gnati, Flatus, breue Symbolon edie  
Dia Paraclæti facta notasq; Dei.  
Proxima succedit trinis Ecclesia; sanctam  
Vnio sanctorum seruat alitq; Fidem.  
Coniugium prima est Ecclesia: fonsq; caputq;  
Agminis æterni, quod creat ipse D E V S.  
Nosse Deum primus labore est: se nosse, secundus:  
Primus amare Deum, deïn, adamare parem.  
Iure pios igitur Paraclæto diximus Hymnos:  
Iamq; Maritali Carmina digna iugo.  
Vincla profanescunt genialia; cælite Verbo  
Foedera diuinæ ni veneremur Opis.  
Quid faciles trepidant Elegi? quasi Mystra seuerus  
His neget interpretis rebus adesse sacer?  
Vt secreta DV CVM Regumq; latenter habere:  
Facta Creatoris sic memorare decet.  
Ales ab excelso Tobia missus Olympo,  
Pronubus hæc Raphaël cælica iussa refert.  
Nobilis est probitas, commissa Arcana tacere:  
Grande nefas, fuerant quæ reticenda, loqui.

A 2

At



At Superum Rector sua dona loquendo, canendo,  
 Qualibet in populos spargere voce iubet.  
 Ergò tuæ Fidei quæ Parthenopeius Heros.  
 Marchiacis credit Dux oriundus auis.  
 Quæq; Thori consors iubet Heroïna Ducalis,  
 Omnia secretis sunt, manento, locis.  
 At quæ dona tibi, CRISHOVI dilecte, supernus  
 Arbiter exhibuit, quis celebrare vetet -  
 Vulnus ut infixit Ioua, sic nunc sanat idipsum  
 Dat modò solamen, cui cruciamen erat.  
 Ut vetus annus ijt, docui solatia luctus:  
 Lætior hic nobis, omina læta iubet.  
 Aula Poli, Dominamq; domo, Costamq; Marito  
 Abstulerat: Nuptam dat DVCIS Aula nouam.  
 Parthenopea tamen quam nunc tibi scepra maritat,  
 (Quis neget) hanc summi scepra dedere Patris.  
 Principis Aula pij, fons est vbi larga bonorum  
 Vñibus humanis vnda subinde fuit.  
 Quid pius est Princeps? multorum Magnus amicus,  
 Distribuensq; Dei cuiq; Minister, opem.  
 Munere namq; Dei velut extant scepra throniq;  
 Munera sic Christi sunt quoq; dona DVCVM.  
 Ergo BEATRICEM sociat tibi dextra Beati  
 Autoris rerum, curaq; larga Ducum.  
 Et beat æthereus fauor, & clementia Regum:  
 Teq; Beatricis tæda pudica beat.  
 Quis neget Abramidæ blandam vixisse Rebeccam?  
 Venit ab Assyrijs illa profecta plagis.  
 Millia quot Schaldes ab Halensi funditur Vrbe  
 Emporio florens Antrophea tuo.  
 Assyrius totidem propè Tigris distat Hebrone  
 Vnde Palæstino missa puella viro est.  
 Venit ab Eois Labania virgo perustis,  
 Venit ab occiduis at tua Nupta plagis.

Sanctus



Sancta Gynæceo didicit documenta salutis,  
Marchica quod Princeps relligiosa regit.  
Excellunt studio pietatis Belgia corda :  
Martyribus clara est Antrophe innumeris.  
Indole Palladias miranda factitat artes  
Pingit acu, gemmis, Zeuside maius opus.  
Ingenijs, morum certat mellita venustas:  
Natio vix illâ blandior vlla viris.  
Ergo Redemptori grates pro munere tanto  
Iure sacras. Crishoui puraq; vota canas.  
Fragrantiq; colas A utorem pectore: cuius  
Consilio domui parta columna tuæ.  
Viue Beatricis thalamo & virtute Beatus,  
Optime Crishoui, viue valeq; diu.  
Marchionum studio secreta tuere fideli,  
Vnde tibi felix est reparatus amor.  
Ergo secunda tuis maneat fortuna secundi,  
Cœlicola, supplex oro, iubente, thori.

IOHANNES OLEARIVS  
S. Theol. D. Pastor Ecclesiæ  
Halensis.



CAR.



# CARMEN NVPER

TIALE IISDEM NEOGAMOIS CON-  
iugij felicis ergo Dedicatum.



Anxerit ipse Deus socij cur fœdera lecti,  
Vel sacra nos primâ pagina fronte docet,  
Scilicet vt sociam vitæ Mortalis haberet  
Quæ bona participet, participetq; mala.

Hinc vt trreigenæ plantentur semina gentis, Gen. 2.

Ne desint Domini qui pia iussa colant.

Postmodò quò cæci flammæ reprimantur amoris, 1. Cor. 7.

Quæ sub corde flagrant, pix vt in igne flagrat,

Ingentes tandem pateant quo pectoris æstus, Eph. 5.

Quis CHRISTVS Sponsam diligit ipse suam.

At multi voluunt alias sub pectore metas,

Qui sociale tori fœdus inire parant.

Hic spectat grandi positos in fœnore nummos,

Fertilis aspectans jugera lata soli,

Gemmas suspirat nitidas, & suspicit auri

Pondera, quæ resui subuehit vnda Tagi.

Nec reputat vultu quo nam sit prædita Sponsa,

Nunquid & illustri nata sit illa loco.

Namq; decus formæ regina pecunia donat,

Diuitiæq; genus nobilitare solent.

Repperias alibi iuuenes, viduosq; celebres,

Ignis qui liciti pectore vulnus alunt.

Qui modò respiciunt præclarum nomen auorum,

Num sit honorato creta virago loco.

Nobile fitne genus: generosus Sanguinis ortus:

Ordine num proavos dinumerare queat,

Heroas referens belloq; togaq; potentes,

Quorum fama volet docta per ora virum. Diui-



Diuitias alij rident & nomen honestum,  
Nec curant sociæ quæ sit origo suæ.  
Quæ sint blanditiæ, cernunt, vultusq; puellæ,  
Quisnam cordis amor, qualis in ore color.  
Hi nec diuitijs inbiant, nec stemma morantur:  
Si modò sit facie pulera virago, placet.  
Vt nil turpe gerant illæsi corporis artus:  
Quæ sit flaua comas, sit rubicunda genas.

Tandem laude vehunt nummos, vultusq; decoros  
Quidam, nec spernunt nobile stemma patrum.  
Interea tacito mores sub pectore versant,  
Num sit nupta piæ religionis amans.  
Num timeat sacro Sponsum conamine CHRISTVM  
Post & amet Sponsum Sponsa pudica suum.  
Nam Domini timor est Sponsis qui cuncta ministrat,  
Diuitias, formam cum pietate, genus.

Te quibus annumerem Crischoi Sponse colende,  
Iam possem varijs differuisse modis.  
Vera palam refero: Matronæ fata prioris  
Hoc lecti mandant fædus inire nouum.  
Postulat in dulces hoc curra paterna penates  
Postulat hoc viduæ cura molesta domus.  
Officij referam quid mille negotia iussi,  
Aula vetus tibi quæ parthenopea dedit.  
Ergò piè, postquam luxisti funus acerbum,  
Conjugij repetis vincula casta sacri.  
Admittunt tædas cælestia jura secundas,  
Admittunt veterum jura verenda patrum.  
O te felicem, te terq; quaterq; beatum,  
In cuius redijt virgo BEATA torum.  
Coniugibus dabitur vix conuenientia maior  
Hac, quâ nunc Sponsos ô Deus alme beas. **Omen**



Omen in hoc aliquis perfaustum dixerit esse,  
Quod tam sit sacrum nomen utriq; datum.  
Nomen Sponsus habet sacro de nomine CHRISTI;  
At de successu nomina Sponsa trahit.  
Christianus siquidem cum re tum nomine verè est,  
Verè est qui sacrae religionis amans.  
Conuenit hoc verè nomen tibi SPONSE perite,  
Nam tibi CHRISTIANA est nil PIETATE prius.  
Hanc præ se fert sermo tuus, fert vita modesta,  
Hanc præ se mores, omnia facta, ferunt.  
Nec mirum; siquidem teneris intruxit ab annis  
Diuinâ sic te sedulitate parens.  
Marchiaco, quondam qui tradidit ore fideli,  
Alma Redemptoris dogmata ritè gregi.

Et tibi conueniens est nomen NYMPHA BEATA,  
Nomine reuera es dicta BEATA tuo.  
Qui negat hanc vero jam nomine req; BEATAM,  
Nil nisi mentis inops, nil nisi vanus erit.  
Corpus ut aspicias, est prorsus amabile corpus,  
Et color atq; artus conuenienter eunt.  
Si spectes animum, nil mente pudicius istâ  
Hic pudor & probitas & decor omnis adest.  
Virtutes verò PIETAS supereminet omnes,  
Inte quæ veluti Sydera NYMPHA, micant.  
PRINCIPIS ILLUSTRIS, FIDAE QVOQVE  
CONIVGIS HVIVS.

Gratia quæ sit in HANC, quis fauor, inde patet.  
Quod simul & PRINCEPS, simul ILLUSTRIS-  
MA CONIVNX

Dignentur tædas condecorare sacras,  
In nostrâ varijs cumulata laudibus AVLA,  
Mænia quâ liquidis nunc Sala tingit aquis.

Ente



W 1996

8

ULB Halle 3  
002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 /

W 17

M









39.  
36

# NVPTIIS SE-

CVNDIS INTEGERRIMI SPE-  
CTATISSIMIQUE VIRI DN. CHRIS-  
TIANI CHRISCHOVII Secre-  
tarij Ducalis, in Aula Illustrissi.  
principis Administratoris  
Magdeburgensis, &c.

&

## HONESTISSIMAE VIRGINIS

BEATRICIS PRACHTIAE ANTVER-  
pianæ: Ad feriam quartam penteco-  
stes Anno CID. ID. XCII.

Halæ Saxonum in arce Mau-  
ritiana celebratis: gratu-  
labantur amici,



Halæ Saxonum,  
TYPIS ACHATII LISKANI,  
Anno 1592.

4